



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

320. Coadiutoria cum futura successione an det titulum Ordinationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

habere naturam illius. *Garc. de benef. p. 11. c. 3. n. 275.*  
vel etiam vim habeat resignationis, quatenus con-  
ceditur cum consensu Coadjuti, qui consensus, ut  
gl. in i. beneficium de regulari. in 6. vim resignationis  
habet. *Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9. n. 9.* & sic in Coadju-  
toria locum habeat regula de consensu. *Gonz. loc.*  
*cit. n. 10.* citans *Put. deis. 108. n. 1. l. 2.* Hac ipsa ta-  
men qualiter intelligenda, explcit *Gonz. n. 69. &*  
*seq.* Non tamen etiam talis Coadjutoria cum con-  
senso Coadjuti est resignationis. *Lotter. de re benef. l. 2.*  
*q. 25. n. 23.* *Garc. loc. cit.* nec propriè dici potest resi-  
gnatio. *Gonz. loc. cit. n. 69.* Sed multum à resignatione  
differt, & aliud longè est resignationis, aliud de-  
putatio Coadjutoris cum futura successione. Nam  
per resignationem effectum sortitam titulus ab-  
dicatur à resignante, per Coadjutoriam verò talem  
non solum titulus, verum etiam possessio non ab-  
dicatur, sed utrumque remanet penes Coadjutum,  
unde moriente Coadjuto beneficium vacat per  
obitum illius. *Tondut. loc. cit. n. 18. & 19.* citans *Ca-*  
*valer. ubiante. n. 5.* Unde jam licet requiratur con-  
sensus Coadjuti (in quantum is est capax consentire)  
ille tamen consensus non habet vim resignationis,  
sed solum operatur, seu servit ad tollendum  
odium, sive quod minus odiosa si t Coadjutoria re-  
spectu Coadjuti. *Remouch. c. 5. n. 30.*

2. Respondeo ad secundum. Resignatio non  
subjetat publicationi, seu regula de publicandis.  
*Tondut. loc. cit. n. 20.* ubi timiditatis arguendi sunt  
illi, qui publicari faciunt Coadjutorias ad instar resi-  
gnationum. Quia regula de publicandis, locum non  
habet nisi in beneficio vacantibus per resignationem,  
ut pater ex Bulla Gregor. XIII. desuper edi-  
ta, & n. 22. ubi pro hoc citat Barbos. ad Trident.  
*sess. 23. c. 7. n. 9.* *Garc. loc. cit.* ubi, quod constitutio illa  
Gregorii non procedat in Coadjutoriis cum futura  
successione, etiam si sunt cum consensu Coadju-  
ti; cum, ut dictum, non habeant naturam resignationis,  
ad eoque iis verba dicta Constitutionis  
adaptari sequuntur; cum in Coadjutoriis capi non  
possit possessio intra sex vel novem menses à tem-  
pore data, & ita, ut inquit *ibid.* *Garc.* sine dubio  
tenendum, quamvis aliqui de hoc dubitaverint, &  
aliquae Coadjutoriae sint publicatae. *Gonz. loc. cit. n.*  
*72.* ubi, quod constitutio dicta locum non habet  
in Coadjutoriis; cum non sint resignations aut ju-  
rium cessiones. Et n. 69. ostendit, his non obstantibus,  
qua dixerat n. 9. nempe quod vim resignationis  
nihil habeant ista Coadjutoriae, ut sit id minus  
est propriè, nimis ad effectum, ut requiratur  
consensus Coadjuti, & quod præstatio consensus  
habeat vim renunciationis, id solum procedere ait  
n. 70. & 71. quando consensus est, ut provideatur  
alteri statim, simpliciter, perfectè, irrevocabiliter  
de beneficio suo; hic autem, qui consentit futura  
successioni, contentit solum, ut post mortem  
suam, & non se viveante, beneficium suum obveniat  
alteri, ac proinde non possit inducere resi-  
gnationem. Idem, nempe, quod non subjaceant re-  
gula cancellariae & constitutioni Gregorii XIII.  
de publicanda renunciat, tenent *Ventr. Tom. 2.*  
*annot. 13. §. unico. n. 57.* *Remouch. cit. c. 8. n. 26. & c.*  
*12. n. 5.* ubi, quod nullum nascatur præjudicium in  
non publicando & intimando illis gratiam Coadju-  
toriæ, ad quos admisso seu traditio possessionis  
pertinet, possit tamen præsentare Coadjutor ad  
capiendam possessionem Coadjutoriae, seu ad illius  
obtinendam executionem. Quinimo soleant illius  
modi gratia quantocius intimati, ne contingente

P. Lennrenii Tract. II. De Coadj.

vacatione, prætexta causâ ignorantie, quicquam  
finistri obveniat.

*Questio 319. Num Coadjutoriae cum futura  
successione subiaceant regule 8. Cancellarie?*

*R*espond. negat. *ivè.* *Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9. n.*  
*38. & 39.* ubi licet id afferat expressè de Coad-  
jutoriis temporalibus; idem tamen etiam sustinere  
dóebet ob rationem, quam adducit, utpote que  
pari omnino modo militat pro Coadjutoriis per-  
petuis. Ait enim, id ideo esse, quia Coadjutoriae  
istæ temporales non sunt beneficium, adeoque  
non videntur nec vacare possint in aliquo ex mensi-  
bus dictæ regulæ, sed cessant & extinguntur, ces-  
sante vita Coadjuti.

*Questio 320. Coadjutoriae cum futura succes-  
sione num præbeant titulum ordinationis?*

*R*espond. negativè. *Garc. de benef. p. 2. c. 5. n.*  
*131.* *Ventr. Tom. 2. annot. 13. §. unico. n. 37.* *Bar-*  
*bos. de canon. & dignit. c. 29. n. 39.* citans *Monet. de*  
*opt. 4. q. 8. n. 169. &c.* Nemò enim ad titulum de  
futuro, & in spe, etiam certa ad beneficium, quod  
exspectat, ordinari potest, cum Concilium Tri-  
dentinum requirat titulum de præsente. *Garc. loc.*  
*cit. n. 130.* Secus tamen est seu ordinari poterit, si  
fortè ratione Coadjutoria talis haberet con-  
gruam; tunc enim ad titulum illius ordinari posset,  
non tanquam ad titulum beneficii, sed illius juris  
percipiendi congruam assignatam tanquam ad ri-  
tulum pensionis. *Lotter. de re benef. l. 2. q. 25. n. 16.*  
*Barbos. Ventr. II. cit. Garc. loc. cit. n. 132.* citans  
*Navar. de oratione. c. 20. n. 10.* & plures alios. Et sub  
hac quoque conditione habita congrua intelli-  
gendum videtur *Gonz. loc. cit. n. 8.* dum indifferen-  
ter & simpliciter sit, aliquem titulo Coadjutoriae  
perpetua ordinari posse, stante etiam Tridentino.  
*sess. 21. c. 2.*

*Questio 321. An Coadjutoria inducat in-  
compatibilitatem cum beneficio tam habite  
quam habendo à Coadjatore?*

*R*esp. Coadjutoria cum futura successione, dum  
actualē de servitutam haber, inducit incompatibilitatem ad esse quā retentionis; non quidem quia beneficium est, sed quia officium est ha-  
bens actualē administrationem incomparabilem  
cum residentia quam requirit beneficium; be-  
neficia enim illa (id est de officiis, sive dum  
unum est officium & alterum est beneficium) simul  
retineri non possunt, quorum obligationibus simul  
satisficeri nequit. *Garc. de benef. p. 4. c. 5. n. 123.* *Ca-*  
*stropal. tract. 13. d. 1. p. 10. n. 30.* *Remouch. c. 12. n. 37.*  
*Tondut. qq. benef. p. 2. c. I. §. 13. n. 33.* contra *Gonz.*  
*Mendez. Lusitan. 1. 4. diversor. juris argum. c. I. n. 8. &*  
*per totum, quem sequuntur *Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9.**  
*n. 64. & 65.* *Chok. ad reg. 8. gl. 1. n. 22.* hac nixos ra-  
tione, quod Coadjutor talis non teneatur residere  
præcisè; cum beneficium non habeat; sed solum  
causative, id est, si non residet, non lucretur fru-  
ctus, & ob illos amissos tenetur satisfacere Coad-  
jutor. Hinc iam obtentā Coadjutoria tali, & si non  
videntur ipso jure beneficium præhabitum habens in-  
compatibilitatem cum servitio Coadjutoriae, di-  
mitendum tamen est, & retineti non potest sine  
dispensatione. AA, iidem. Nisi forte, ut *Tondut.*  
& *Garc.* in literis Coadjutoriae caveatur, quod  
non teneatur dimittere prius obtentum, nisi eve-  
niante successione, & sic jam præviè cum tali di-  
spensa.